

Q^u 230.

7

Ya
1544

4

MEMORABILIVM
BIBLIOTHECAE. CHEMNICENSIS

PART. IIII.

EDIT. ET. SIMVL

AD

ACTVM. VALEDICTORIVM

D. III. ID. APRILIS

A. R. S. cId Id cclxxi

HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM

GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES

PATRONOS

FAVTORES. QVE. REL. LITTERARIAE. OMNES

SVMMA. ANIMI VENERATIONE

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER

RECTOR.

BIBLIOTHECA
MUNICIPALIANI

CHEMNICII

LITTERIS. IAHNIANIS.

(4.)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



Ab eo, quo publice eximia Bibliothecae nostrae exhibitae beneficia laudauimus, (a) tempore haud contemnenda iterum accepisse dona Bibliothecam nostram vehementer gaudemus et nomine illius Patronis atque Fautoribus, quas mente concipere possumus, gratias maximas agendas esse putamus. Quorum in numero.

I. Primum occupat locum Vir praenobilissimus et Iurisconsultissimus G. E. WENDIVS, Iuris vtriusque celeberrimus Doctor, urbis nostrae meritiissimus Consul et Scholae nostrae grauissimus Inspector, qui praestantissimum CAROLI LINNAEI *Systema Naturae per tria regna naturae secundum Classes, Ordines, Genera, Species cum characteribus, differentiis, synonymis, locis*, cum praefatione IO. IOACH. LANGII. Halae 1769. T. I. 1770. T. II. III. in 8. cum fig. aen. nobis beneuole obtulit.

II. CHRISTIAN. GODOFR. KLIMPERVS, celeberrimus Ictus et Senator Chemnicensis praenobilissimus, vt ipse scribit:

ReCorDatIone SCholae patrisae MotVs has
PosterIs porreXIt pagInas, scilicet

1. HVGONIS DONELLI, Iurisconsf. Commentarios ad Tit. Digest. de Verbor. obligationibus Francof. 1577. Fol.

2. — — Commentarios ad Tit. Digest. de reb. creditis, de iure iurando, de in litem vocando, de conditione ex lege, de conditione Triticiaria, de eo, quod certo loco dari oportet. Antverpiae ex off. *Plantin*, 1582. F.

3. M.

a) In Memorabil. nostris Bibl. Chem. Part. II, 1770. 4.

3. M. WILHELMI STRATEMANNI institut. Ethic. Libr.
V. Erfurti, 1664. 8.

Quorum illustria exempla imitati sunt honestissimi quidam
scholae nostrae alumni. Sic

III. IAC. BLUMEN Chillas sententiarum Cameralium, d. i.
Tausend der fürnehmsten und merkwürdigsten auf das Concept der
erneuerten Cammergerichtsordnung und Reichsabschiede de anno 1654.
gerichtete und von 1654 = 1664. eröffnete Urtheile, nebst gemeinen Ver-
scheide von 1497 = 1666. Frankf. am Mayn 1676. 4. Hocce libello
adaugere voluit, debuit bibliothecam, quae in Chemnicensi Ly-
ceo est, huius moderatorum quondam assiduus auditor CHRISTIAN.
ADOLPH. FRITZSCHIVS, Mittweyda Misn. V. Id. April.
c10 10 cc lxx.

IV. Nouum Laboratorium Medico-Chymicum, d. i. neu erfö-
nete chymische Arzney- und Werkschule in französischer Sprache auf-
gesetzt durch C. G. (Christoph Glafer), ins Teutsche übersetzt von
Johann Marschall, Austriaco, Med. Lic. et Chymico. Nürnberg,
1677. 8. Carl Traugott Zübner, Chemn. I. Ord. Ciuis,

V. LEVVES BAYLY The Practise of Pietie, directing a
Christian how to walke that hemay please God. The Seventh. Edi-
tion. London, 1616. 8. IO. DAVID BEIL, Chemn. II. Ord. ciuis,

VI. SEVERIN von MONZAMBANO, eines Veronesers, un-
geschelter offenerziger Discurs von der wahren Beschaffenheit und Zu-
stand des teutschen Reichs, aus dem Lateinischen ins Teutsche überse-
tzt durch ein ungenanntes Glied der fruchtbr. Gesellschaft. 1659. 12.
Ingleichen

D. IOACH. HAGMEYERI Synopsis Iuris Feudalis, cura
Casp. Quastelii, Ienae, 1681. 12. Donum Caroli Godofr. Güntheri,
Chemn. ciu. II. Ord.

Tandem accesserunt benevolentia honesti vrbis nostrae ciuis
IO. GODOFR. DAN. NAUMANNI

1. M. ZACHAEI FABRI, iun. Pafst. et Superint. Chemn. Coronae Funerales, d. i. Christlicher Leichenpredigten, I. Theil, Leipzig, 1625. 4. II. Theil, ib. 1626. 4.

2. — — Musica grata Deo, oder Hochzeitspredigt bey der Copulation Eliä Greims, Cant. Chemn. Leipz. 1625. 4.

3. — — Von dem mörderischen Provociren, Ausfordern, Dalgen, Stechen und Kugelwechselfn. Leipz. 1625. 4.

4. L. Joh. Höpners Spiegel der übermachten Kleiderhoffarth der Tochter Zion. Leipz. 1625. 4.

5. Christoph Landrocks geistliches Kürbis- und Rosengärtlein, d. i. zwey Leichenpredigten, Leipz. 1626. 4.

6. M. Jerem. Sackmanns Esaiä Trostbüchlein, d. i. eine Leichenpredigt, Leipz. 1626. 4.

7. M. Werner Stock's Isoboloth occisus, d. i. Leichenpredigt bey dem Begräbniß Herrn D. Arnd Preins, der in seinem Schlafzimmer ermordet worden. Halle, 1625. 4.

Speramus, fore, vt et alii moueantur in posterum ad beneficia Bibl. nostrae impendenda, propterea quod ea in publicam et communem salutem patriae et in sempiternam sui memoriam optime collocari senserint.

His nunc praemissis Memorabilia (b) Bibliothecae nostrae Chemn. continuaturo rarissimus notatuque dignissimus oculis meis se offert liber, cuius inscriptio haec est.

Directorium Statuum. seu verius. Tribulatio seculi in 4to 36. fol. siue 9. plag. cum fig. ligno incisiss.

Frustra

(b) Tres iam horum Memorabilium A. 1769. et 1770. publicauimus Patres, lectoribus nostris haud ingratos, nec lecta inutiles, vt speramus.

Frustra huius eximiae raritatis sine loco et anno impressi libri in scriptoribus Historiae Litterariae quaesieris notitiam. Neque editor, neque illud, quod sub hoc lateat titulo, est notum. Quae vero omnia ex ipso nunc libro exponam. Editor fuit PETRVS AT-TENDORN, bibliopola Argentinensis, qui in praemissa ad praecceptorem suum M. IAC. WIMPHILINGVM, Sletstatensem, scribit epistola, se nihil de nouo, sed ex illius consilio iam edita in vnum coaceruare voluisse. Qua ex epistola, quum ea Argentinae d. VIII. Cal. Nou. A. ccccc lxxxix. scripta est, *annum et locum* impressionis discimus. Contenta huius opusculi verbis Editoris sup-
peditabimus. Sunt autem illa

Oratio per Dominum Doctorem IOANNEM GEYLER de KEYSERSBERG in praesentia Episcopi et Cleri, In Synodo Argentinensi facta.

Oratio Magistri IODOCI GALLI RUBIACENS. in Synodo Spirensi, habita, praesente LVDOVICO eiusdem Ecclesiae inclito Episcopo.

Epistola de miseris curatorum, aut plebanorum.

Monopolium Philosophorum, vulgo der Schelmezunft.

Monopolium, vulgo des Lichtschiffs.

Merrificatura de errore illustrium Doctorem de fine huius mundi diffiniendum.

Huic catalogo sequentia subiiciuntur verba:

In primis breuibus considera Status totius regni:

Potentia est iustitia.

Dies est nox.

Fuga est pugna.

Vnum est duo.

Amicus est inimicus.

Ideo Regnum est sine lege.

Ideo terra est sine via.

Ideo regnum est sine honore.

Ideo regnum est sine veritate.

Ideo regnum est sine fidelitate.

Malum est bonum.	Ideo regnum est sine pietate.
Ratio habet licentiam.	Ideo regnum est sine nomine.
Praepositus est fur.	Ideo regnum est sine poenitentia.
Corrobola vult esse aquila.	Ideo nulla est discretio in patria.
Voluntas est consiliarius.	Ideo regnum male cogitur.
Denarius est index.	Ideo regnum male regitur.
Deus est mortuus.	Ideo regnum plenum est peccatoribus.

Et nunc sequitur:

I. Oratio IO. GEILERI de KEYSERSBERG in Synodo Argent. in praesentia Episcopi et Cleri habita.

Antequam vero hanc orationem paullo curatius considerabimus de auctore paucissima praemittere placet. Hic est ille insignis veritatis evangelicae testis, (c) in cuius vita et scriptis recensendis defudarunt plurimi viri eruditissimi. (d) Natus autem est noster GEL-
LERUS *Schaffhausae* d. 16. Mart. A. 1445. parente *Io. Geilero*, tunc
tempo-

(c) V. MATTH. FLACIVM in *Catal. Test. veritatis* p. 1921.

(d) Scilicet MELCH. ADAMI in *vit. Theol. Germ.* p. 3. Francof. 1705. F. IO. IAC. BOISSARD in *Icon. vir. illustr.* T. II, p. 228. IO. ALB. FABRICIVS in *Bibl. Lat. Med. et Inf. aetat. Lib. IX.* p. 222. Hamb. 1735. 8. Vol. IV. P. FREHERVS in *Theatr. Vir. erudit. clar.* p. 98. Noiinb. 1688. F. FRID. GOTTH. FREYTAG in *Anal. Litter. de Libr. rar.* p. 376. Lipf. 1750. 8. IDEM in *Apparatu Litter.* T. I, p. 172. ib. 1752. 8. CONR. GESNER. in *Bibl. a IOS. SIMLERO et IO. IAC. FRISIO eu-
sta.* Tiguri, 1555. 1583. F. HERM. von der HARDT in *Autogr. Lu-
theri* p. 46. T. I, Brunfw. 1690. p. 66. T. II, ib. 1691. 8. GEORG. MATTH. KÖNIG in *Bibl. vet. et noua.* Altdorfii, 1678. F. sub voce *Geiler.* IO GÖTTER. OLEARIVS in *Bibl. eccl. sub voce Keysersberg.* HENR. PANTALEON in *Profopograph.* P. II, p. 474. ANT. POS-
SEVINVS in *Apparatu Sacr.* T. I, p. 880. IO. TRITHEMIVS de *Script. Eccl.* p. 668. a, Col. 1531. 4. de *Script. Germ.* c. 247. II. LER. T. X, p. 636. Lipf. 1735. F. *Ursb. Nachr.* 1721. 8. p. 5. seq. IO. VOGT in *Catal. Libr. rar.* p. 379. Hamb. 1753. 8. HENR. WHARTON in *Append. ad GVIL. CAVE Histor. Litter. Script. Eccl.* p. 142. Geneuae, 1705. f. *Aluque.*

temporis vr̄bis eiusdem scriba et non multo post apud *Amersvillanos* Notario, vt appellant, vsus, quem vulnere lethali ab vr̄so vinceta depopulante laesum morre amisit puerulus trium annorum. Quo facto ab auo suo ciue Caesaremontano, vulgo *Keyfersberg*, receptus, educatus et ab hoc loco educationis postea, minime vero a loco natiuitatis, vt *Whartonius scribit*, (c) KEYSERSBERGIUS est dictus. Absolatis *Friburgi* studiis humanitatis laurea magisterii ornatus abiit *Basileam* Theologiam exculturus. Quinquennio exacto ibidem Doctor Theologiae creatus est. Pietatis eximiae, diligentiae atque doctrinae fructus percepit primum *Friburgi*, deinde post annum *Herbipoli* concionator et tandem *Argentorati* auspiciis PETRI SCHOTTI, Senat. Argent. doctissimi cathedrali in aede Sacerdos et Episcopo a sacello, vulgo Capellanus, constitutus, cui posteriori muneri vsque ad mortem d. 10. Mart. A. 1510. per triginta et tres annos omni, qua fieri potuit, fide, pietate atque doctrina praefuit, id quod ex illius scriptis et ex Epitaphio ipsi in memoriam a celeberr. BEATO RHE-NANO composito apparet, hisce verbis concepto: DEO trino et vni. Bene valeas, quisquis es. IOANNI GEILERO Caesaremontano, Theologiae consultissimo: qui PERICLE eloquentior: SOCRATE continentior: NVMAQUE religiosior: vitae sanctimonia et sacris concionibus Argentorat. populum A. XXXIII. non sine magno fructu erudiuit: Nemini vnquam assentatus: pauperes patrio affectu fouit: Bonos ac doctos mero studio dilexit: Argentorat. incluta Respublica aeterno decori et monumento posuit. Vixit ann. LXIV. mens. XI. d. XXIV. Obiit totius Alsatiae lacrymis desertus sub MAXIMILIANO AVG, a quo ob vitae integritatem plurimum amatus est A. G. MDX. sext. Id. Martias. Proh quam recti exempli homo erat! Sed orta eadunt.

Catalogum Scriptorum illius ex WHARTONIO l. c. sed a me auctum, adducam. Sunt vero haec: 1. Liber Sermonum de arbore hum. de arbore crucifixi, de XII. Sp. S. donis, de morte gratiae, de XXIII. mortis conditionibus, de dispositione ad felicem mortem, de

morte

(c) In Append. ad GVIL. CAVE p. 142.

XXXVIII

morte virtuali, f. gratiae iterum, Argent. 1514. 1519. 2. Nauicula fatuorum, Argent. 1510. (f) 3. Orationes variae ad Clerum. 4. Nauicula poenitentiae. (g) 5. Peregrinatio. 6. Expositio Orat. Dom. 7. Fragmenta passionis, (h) 8. De communicandis his, qui ultimo supplicio afficiuntur. 9. De amouendis Concubinis, etiamsi uterque continere decreuerit. 10. Quod pueri non sint instigandi ad religiones, in quibus Regula non seruatur. 11. Contra statutum, quo testamentum facere ciues prohibentur. 12. De septem peccatis mortalibus. 13. Epistolae plures. (i) 14 Tropi, f. Sales. Haec opera, pergit WHARTONIVS, omnia huc vsque enumerata variis annis videl. 1509, 1510. 1518. Argent. apud *Iac. Gruningerum* excusa fuisse fidem facit POSSEVINVS in Apparatu Sacr. T. 1, p. 880. 15. Oratio in Synodo Argent. habita, Argent. 1482. (k) 16. Sermo-

nes

(f) Sub hac quoque inscriptione typis expressa extat: Nauicula stultorum ad Narragoniam, item Nauis stultifera, f. Narragoniae. V. E. LOESCHERVS in Stromat. Lips. 1727. 4. p. 255. 265. 268. habet editiones de A. 1511. 1513. Argent. 4. Hanc nauiculam SEBAST. BRANDT versibus teut. et PHILOMVSVS Sueuus, i. e. IAC. LOCHER Elegis lat. expressit, quae recognita a Brandtio saepius excusa extat Argent. 1497. 4. Aug. Vindel. 1497. 8. Basil. 1498. Paris 1572. Habemus etiam teutonicam translationem in prosa: Des Hochw. D. *Keyfersbergs* Narrenschif, so er gepredigt hat zu Strafsburg, aus dem Latein M. *Jacob Lockers* ins teutsch gebracht von Bruder *Joh. Pauls* der Minner Br. St. Francisci Ordens, Strafsb 1520. f. V. HERM. von der HARDT in Autogr. Luth. T. II, p. 66. Recusa ib 1707. 4. sub titulo: Narragonische Schiffahrt, oder sittlicher Narrenspiegel. Edita quoque est dialecto Saxoniae inferioris, Rostochii, 1519 4. Teste CHRISTOPH. HENDENREICHIO in Pandectis Brandenb. p. 203. haec nauicula etiam in Anglicam et Belgicam linguam translata est.

- (g) Sive Sermones quadragesimales collecti a IAC. OTTHERO, Augustae 1511. LOESCHER l. c p. 266.
- (h) A. LOESCHERO p. 266. citatur: Passio Christi, Argent 1511. 4.
- (i) Sic extat Epistola KEYSERSBERGII de modo praedicandi dominicam passionem et de nuditate crucifixi in Declaratione apologetica Iac. Wimpelingii, in 4. FREYTAGII Apparatu. T. I, p. 172.
- (k) Haec est oratio, quae in Directorio nostro primo loco repetitur.

nes de Jubilaeo A. 1500. habiti in Leuit. XXV. Argent. 1513. 17. Con-
 ciones in Euangelia, germ. Argent. 1515. (l) Huc vsque WHAR-
 TONIVS. Addendi praeterea sunt: 18. Speculum Consolationum,
 Trostspiegel, 1582. 8. reculum germ. Hamb. 1597. curante DAV.
 WOLDERO. 19. Irriges Schaaf, 1510. (m) 20. Der Haas im
 Pfeffer. (n) 21. Die Ameiſs, diſ iſt das Buch von der Ameiſe ge-
 predigt von dem hochgelahrten D. Ioh. Geiler von Keyſersberg 1508.
 aufgeschrieben von dem Bruder Ioh. Pauli, Straſsb. 1517. in F. (o)
 22. Conciones in Seb. Brantii nauem ſtultorum Argent. 1498. habi-
 tae germanico idiomaſe Baſileae, 1574. (p) 23. IO. GERSONIS
 Opera omnium primus maxima diligentia collegit, recensuit et edidit,
 Argent. 1488. f. 3. Voll. (q). Sed forſitan adhuc alia illius ſcripta ſu-
 perſunt. Nunc ergo de oratione illius ſupra nominata copioſius mihi
 eſſet agendum, niſi anguſtia chartae ſilum abruptere me cogeret in-
 iurum. De illa igitur et reliquis Directorii noſtri ſcriptis in poſterum.

Nunc enim ad illud, cuius cauſſa calamum arripui, me con-
 uerto. Nominandi nimirum ſunt iuuenes quidam bonae ſpei ac
 indolis in publicum prodituri dexteritatisque ſuae ſpecimina edituri.
 Et quidem

I.) IO. GOTTLÖB MAY, Chemn. Miſn. *de manuſſione ſeruorum*
 perorabit, *lat.*

II.) CAROL. HENR. GODOFR. OTTO, Hubertusb. Miſn. dicet
de iudiciis Romanorum, lat.

III.) IO. GOTTLÖB. EBERSBACH, Erntthal. Schoenb.
 Honoſti Erneſtualleniſis ciuis *Andreae Ebersbachii* eximiis ingenii
 doribus

(l) Tit. hic eſt: Euangeli Buch mit Predigten und Uſlegungen D. Ioh.
 Geiler von Keyſersberg. Straſb. 1515. F. FREYTAG in Anal. p. 376.

(m) LOESCHER l. c. p. 265.

(n) U. LEX. T. X, p. 636.

(o) HERM. von der HARDT in Autogr. Luth. T. I, p. 46. vbi excer-
 ptum ex hac Formica de Reformatione legitur.

(p) VOGT. in Catal. Libr. rar. p. 379.

(q) FABRICIVS l. c. Lib. IV. p. 143.

F

AKya 1544

XL

X 2993244

VD 18

dotibus praeditus filius et per octo annos Scholae nostrae pius, diligens et modestus alumnus. Sub auxilio divino in linguis latina, graeca, hebraea et gallica, nec non in studiis humanitatis praeclaros fecit progressus. Dexteritatis suae varia edidit specimina. Decantavit nimirum publice A. clō lo cc lxxvii DEVM in natura magnum carm. teut. A. clō lo cc lxxviii. *Schmidto et Kubnio* abiturientibus bona verba dixit carm. teut. praemissa orat. graeca, qua demonstravit, certitudinem animi immortalis plurimum ad felicitatem huius vitae conferre. A. clō lo cc lxx elegantiarum carmine lat. typis expresso Rectori diem in honorem illius facrum gratulatus est. Et sic bene praeparatus nunc ad altiora cum laude progredi potest. Ob insignem vitae integritatem et morum suavitatem indulgentissimos apud nos sibi conciliauit Patronos, qui cum egregiis affecerunt beneficiis. Ut etiam in academia illius subvenire benevole velint pauperum Patroni ex animo precor. Vltimum tandem Vale acclamabit nobis *carm. teut. praemissa orat. lat. de capillis Romanorum*, et deinde praecabitur isti faustissima quacvis


III.) IO. GOTTL. TENNER, Ernstthal. Schoenb. *carm. teut.* praemissa *oratione gallica* de usu historiae in vita nostra morali.

Ad VOS nunc INSPECTORES scholae nostrae GRAVISSIMI et ad VOS omnes Musarum Fautores, quorum gratia hoc scriptio- nis genus susceptum est, accedo ea, qua par est, pietate rogans, ut exoptatissima VESTRA praesentia exhilarare benigne velitis dituros, qui mecum hanc benevolentiam et laudare et praedicare et gratissimo animo demereri studebunt. P. P. Chemnicii, d. 10. April A. R. S. clō lo cc lxxi.



M.C.





QK 230.

MEMORABILIVM
BIBLIOTHECAE. CHEMNICENSIS

PART. IIII

EDIT. ET. SIMVL

AD

ACTVM. VALEDICTORIVM

D. III. ID. APRILIS

A. R. S. cId Id cclxxi

HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM

GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES

PATRONOS

FAVTORES. QVE. REI. LITTERARIAE. OMNES

SVMMA. ANIMI VENERATIONE

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER
RECTOR.

CHEMNICII

LITTERIS. IAHNIANIS.

(4.)

Ya
1544

4

